

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection *Mythologiae libri decem*, Venise, Segno della Fontana, 1567](#)[Collection *Mythologia*, Venise, 1567 - Livre VI](#)[Item *Mythologia*, Venise, 1567 - V, 21 : De Feronia](#)

Mythologia, Venise, 1567 - V, 21 : De Feronia

Auteur(s) : Conti, Natale

","author_name_items":"Auteur(s)","author_size_items":"16px","title_size_items":"16px"}}, new UV.URLDataProvider(); /* uvElement.on("created", function(obj) { console.log('parsed metadata', uvElement.extension.helper.manifest.getMetadata()); console.log('raw jsonld', uvElement.extension.helper.manifest.__jsonld); }); */ }, false);

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre V

[Mythologia, Francfort, 1581 - V, 21 : De Feronia](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre V

[Mythologie, Paris, 1627 - V, 22 : De Feronie](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre V

[Mythologie, Lyon, 1612 - V, 21 : De Feronie](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Feronia Dea habita neque quibus parentibus orta sit, neque ubi, aut à quibus educata, cognoscere omnino potui; quam tamen Deam nemo-
rias praefectam fuisse conatur, ut testatur Virg. lib. 6.
et viridi gaudens Feronia luce.

Celeberrimum fuit huiusc Deæ fanum in urbe Soracte, ut ait Strabo libro
5. ubi eximia religione colebatur. Ibidem tem miram contingere solitam
narrant, ut qui eius Deæ numine afflarentur nudis pedibus super prunas &
profundum cinerem fauillis permitti ambularent illas ad quod spectacu-
lum magna multitudo quotannis adueniebat. Verum nihil aliud Feroniam,
quam diuinam vim arboribus diuinitus insitam, quæ illas & seruaret, & pul-
lulare faceret, ego esse crediderim, qua & vigent & florent, & fructus ad ma-
turitatem perducunt. Nam cum videtur antiqui nihil sine diuina prouidē-
tia posse consistere, neque tamen diuinæ mentis cognitionem haberent, vi-
res inde profectas in naturalibus corporibus infiras pro Dūs coluerunt. Ho-
rum simplicitatem & inscitiam fallere omnium sane fuit facillimum: quare
malorum dæmonum multæ ortæ sunt fallacie, quæ illos implicarunt: quippe
cum inscitæ & imprudentiæ semper calamitates & errores sint comites.

16

20

30

NATALIS COMITIS MYTHOLOGIAE,

LIBER SEXTVS.

Quod aquo animo ferendum est siquid à Deo impetrare non possumus.



Vix multis difficultatibus vita mortalium vndeque sit
circumueuta, nullaque ex parte miseris carere soleat,
Christianissime Rex optimum factu duxerunt antiqui,
ut cum suavitate orationis, rerumq; propositarum mi-
rabilitate ad prudentiam, & ad tranquillitatem animo-
rum homines allicerentur. Nam quibus rationibus ali-
quis sibi vñquam persuaserit inutile esse, vel etiam per-
nitiosum, quod à Dūs immortalibus per vota cū summa
animi contentione sapius experuerit, nisi prius considererit alios etiam ho-
mines res ubi, suisue carissimis calamitosas aliquando à Dūs ipsis vix tan-
dem impetratæ? Quo enim animo fuisse Theseus putandus est, cum cognos-
cisset filii e. uelissimè lanati innocentiam? aut quæ Deorum ira tantum
obesse Semele potuisse, quantum Iouis facilitas, cum ad illam rogatus, quo
habitu ad immortalem Innonem solebat, cum fulmine accessisset? Quæ rur-
sus malevolentissimorum vis hominum, vel quæ improborum iniuria tam-

40

cru-